

The Fourvière Pledge



Latin

Latin

Origines Maristes, Doc 50

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Omnia ad majorera Dei gloriam et Mariae Genitricis Domini Jesu honorem.

Nos infra scripti ad majorera Dei gloriam et Mariae Genitricis Domini Jesu concurrere satagentes, asserimus et notum faci-mus, nos sinceram intentionem firmamque voluntatem habere nosmet ipsos consecrandi, quam prius opportunum erit, piissimae Mariistarum instituendae Congregationi: quapropter praesenti actu et subscrip-tione nos omniaque nostra in quantum possumus irrevocabiliter dedicamus Beatae Virginis Societati: illudque non pueriliter, non leviter, non ex aliquo humano fine aut spe temporalis emolumenti, sed serio, mature, assumpto consilio, omnibus coram Deo perpensis, propter solam majorem Dei gloriam et Marae Genitricis Domini Jesu honorem:



devovemus nos omnibus poenis, laboribus, incommodas, et, si aliquando necessarium est, cruciatibus, cura possimus omnia in eo qui nos confortat Christo Jesu: cui eo ipso fidelitatem promittitans, in gremio Sanctissimae Matris Ecclesiae catholicae Romaniae, ejusdem Summo capiti Pontifici Romano totis viribus adhaerentes, necnon Reverendissimo Episcopo ordinario nostro, ut simus boni ministri Christi Jesu, enutriti verbis fidei et bonae doctrinae quam ipsius gratia assecuti sumus: confidentes quod, sub amico pacis ac religionis Christianissimi Regis nostri regimine, brevi in lucem prodibit illa institutio, solemniter pollicemur nos omnia nostra impensuros esse ad salvandas modis omnibus animas sub augustissimo nomine Virginis Marice ejusdemque auspiciis.

Omnia tamen salvo meliori Superiorum judicio.

Laudetur sancta et immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptio. Amen.